



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hermanni Conringii De Antiquitatibus Academicis Dissertationes

Conring, Hermann

Helmeftadii, 1674

Supplementum LXXXII. Ad pag. CLXIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12929

Ad pag. CLXIX.

Fortassis meretur inter Studiosorum privilegia primo loco referri, quod ex Ulpiano habetur *l. 17 ff. de rebus creditis*. Cum filius familias viaticum suum mutuum dederit, cum studiorum causâ Romæ ageret: responsum est à Scævola, extraordinario iudicio esse illi subveniendum. Paris notæ sunt quæ habentur itidem ex Ulpiano *l. 18. si longius ff. de iudiciis*, ac proinde etiam digna quæ hîc reperantur. Nam & Juliano placet: si filius familias legationis vel studiorum gratia aberit, & vel furtum vel damnum injuriâ passus sit, posse eum utili iudicio agere, ne dum pater expectatur impunita sint maleficia: quia pater venturus non est, vel dum venit se subtrahit is qui noxam commisit. Unde ego semper probavi, ut si res non ex maleficio veniat, sed ex contractu, debeat filius agere utili iudicio: fortè depositum repetens, vel mandati agens, vel pecuniam quam credidit petens; si forte pater in provincia sit, ipse autem forte Romæ vel studiorum causa vel alia iusta ex causa agat: ne si ei non dederimus actionem futurum sit, ut impune fraudem patiat, & egestate Romæ laboret, viaticulo suo non recepto, quod ad sumptum pater ei destinaverat. Hactenus Ulpianus. Satis autem apparet, hoc omne ἀπλῶς ad quosvis filios familias quorum parentes alibi vivebant, non autem ad solos, qui studiorum causâ alicubi commorabantur, pertinuisse.

Quia omnia Studiosorum veteri jure Justiniano concessa privilegia, egregiè in unam quasi summam congeffit is quem paulò ante laudavi Balduinus, & quidem in ipso commendato opere, illa huc transferri & legi haud fuerit absque pretio.

Ut magis intelligamus, inquit, non Professorum tantum, sed & auditorum & discipulorum habitam esse rationem: meminimus, quod à jurisconsultis responsum est, cum filius familias Romæ degens studiorum

l. cum fil. fam.
 mil. si cert.
 pet. l. si lon-
 gius & de ju-
 diciis.

diorum causa viaticum suum alteri credidisset, à Prætoze illi dari
 I. Julian. §. extraordinariam & utilem actionem, ut id repetere ipse possit, &
 quod dici- absente Patre agere. Sed & in studiorum causam filiosfamilias
 tur, ad SC. Macedon. l. mutuum dari posse, neque tum Senatusconsulto Macedoniano locum
 Maced. C. fore placuit. Nam & Ulpianus eleganter ostendit, ad paternæ
 eod. tit. pietatis officium pertinere, filios non modò alere sed etiam in studiis
 l. quæ pat. alere. Et tutor jubetur, mercedes pupilli præceptoribus constitue-
 fil. Famil. re. Quod & in causâ pupillæ dicitur: nam hanc quoque literali-
 l. cum. pl. §. bus artibus instituendam esse, ait Julianus. Denique pupillo in
 tut. De ad- bonorum possessionem misso, ex Carboniano edicto non solùm alimen-
 mit. tutel. ta præstanda esse, sed & necessarias ad studia impensas. Quid
 l. de bon. §. Carboniano reliqua commemorem, favore studiorum singulari jure constituta:
 non sol. De Prætor absentiam studiorum causa, prope ut eam quæ esset reipubli-
 Carboniano Prætor absentiam studiorum causa, prope ut eam quæ esset reipubli-
 edicto. ca causa, justissimam esse judicat & singulari favore prosequitur.
 l. nec non Ex quib. Sed neque ante annos viginti quinque quinquam prætextu publi-
 caus. maj. corum munerum posse avocari à studiis & Schola rescriptum est.
 l. 1. & 2 C. Qui ætate Quæ res facit, ut non omnino etiam insolens esse videatur, quod in
 vel prof. se exculant. hac Constantini constitutione postremo loco notavimus, privilegio
 quodam & præscriptione fori defendi Professores, ne litis causa te-
 mere aliò avocentur atque distrabantur. Quale deinde privile-
 gium & Studiosis ipsis discipulis concessum fuisse, Justinianus signi-
 ficat. Scribit enim, Constantinopolitana in Schola Præfæctum Urbis
 fuisse Judicem adolescentium, qui Furi Civili in ea operam dabant.
 In Berytiensi verò civitate (quæ Legum altera Academia) vel Præ-
 sidem Phœnicia, vel Episcopum, vel Professores ipsos. Hæc
 omnia doctissimus Balduinus.

SUPPLEMENTVM LXXXIII.

Ad pag. CLXXI.

LEgem hanc primam Codicis Theodosiani de Studiis li-
 beralibus Urbis Romæ singulari post Dissertationem e-
 ditam commentario illustravimus, quia similis nulla reperitur,
 & ta-